UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Gaudent iusti in quinq[ue].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

Gaudent iuſti in quinque.

PRimum eſt, quòd gaudent in libertate, ſiue in ſolutione à uinculo peccati. Ligatur enim peccator à uinculo peccati, ut non poſſit facere libere quod uult. Prou. Iniquitates ſuæ capient impium, &c. Et P. Auguſtinus. Suſpirabam ligatus non ferro alieno, ſed mea ferrea uoluntate, uelle meum tenebat inimicus, & tamen mihi catenam fecerat, & conſtrinxerat quippe me ex uoluntate. Quando enim homo habet ſpiritum ſanctum habet libertatem. Vnde Paulus. Vbi ſpiritus domini, ibi libertas. Secundo in puritate conſcientiæ. Paulus. Gloria noſtra hæc eſt teſtimoniũ conſcientiæ noſtrę, &c. Tertio in ſpiritus ſancti teſtificatione. Roma. Ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, &c. Quarto in boni operis operatione. Pſal. In cuſtodiendis illis retributio multa. Ibi dicit Gloſſa. Non tantum pro eis in futuro reddetur pręmium, ſed et hic in eorum cuſtodia magnum eſt gaudium. Vnde Beda. Panis qui ſudore acquiritur, dulcis apparet agricolæ, & operationes quę propter iuſtitiam fiunt, cor-

Prou. 5.
Auguſ.
2. Cor. 3
2. Cor. 1
Rom. 2.
Pſal. 18
Gloſſa.
Beda.

dis quietem, et lętitiam dei acquire.
Ro. 12. Quinto in ſpei remuneratione. Rom.
Auguſ. ſpe gaudentes, &c. Et Auguſtinus. ip-
ſa ſpes nos gaudere facit inter dolo-
res, &c.

Gaudium mundi fugiendum ratio-nibus quatuor.

PRima eſt, quia ore Dei male-
Luc, 6. dictum eſt. Vnde apud Lucam di-
uitibus huius ſeculi minabatur
dicens. Væ uobis diuitibus qui habe-
tis hic conſolationem ueſtram. Quis
eſt, qui audiat guſtare cibum ab ali-
quo ſancto maledictum. Quo-
modo aliquis præſumet, gaudium
in hoc mundo haurire ab ipſo Deo
Pſal. 76 maledictum? Propterea dicebat Da-
uid. Renuit conſolari anima mea. Se-
cunda eſt, quia gaudium mundi fatuum
eſt. quod poteſt oſtendi tribus ratio-
nibus, ſicut gaudium mundanum in
tribus conſiſtit. Primo, in congrega-
tione diuitiarum, quod gaudium fa-
tuum eſſe oſtenditur, in eo quòd diui-
tes omnia relinquunt, nihil ſecum
præter cilicium & peccata portantes.
Iob. 1. Vnde Iob. Nudus egreſſus de utero
matris meæ, & nudus reuertar illuc.
1.Ti, 6. Et Apoſtolus. Nihil intulimus in hunc